



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

7. De publica & non sacramentali confeßione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

fiteri tenetur, quem absque maiori infamia potest
testari Cano.

C A P. VII.

*De Publica, non sacramentali confessione
peccatorum.*

1 Exomologesis seu confessio publica varie differat a secreta sacramentali, quippe illa non existente sacramentali, & iam abolita, hac autem semper in Ecclesia permanente & contra Nouatianos hereticos semper defensa.

N.B. Nectarius Constantinopoli publicam exomologesin una cum pœnitentiario (qui ad id constitutus erat, ut discerneret, quænam peccata essent publicè conficenda, quæ non,) sustulit, occasione scandali per mulierem orti, quæ in publica exomologesi amplius, quam debebat, progressa, occultum cum Ecclesiæ Diacono concubitum confessa erat.

2 Sacramentum pœnitentiae omnibus lapsis, quocunq; maxime mortis tempore verè pœnitentibus in Ecclesia Catholica conceditur.

3 Sacra Communio tempore S. Cornelii & Cypriani grauissime lapsis, etiam mortis tempore incriminis pœnam negabatur. Nunc autem canonica regula obrinet, ut cui morienti absolutio à peccatis conceditur ne; viaticum denegari debet.

4 nomine pœnitentiae Patres maximus Cælestinus S. August. Concil. Carthaginense, Arauf. Leo, &c. sacramentum pœnitentię frequenter intellexerunt.

5 Publici pœnitentes non tantū in mortis articulo; sed etiam feria V. ante pascha ad sacramenta olim admittebantur: Ita tamen ut postea ad pœnitentiam redire

adire debuerint, donec definito tempore seu clauso per Episcopi indulgentiam remisso per publicam seu ceremonialem manus impositionem reconciliarentur & communis fidelium restituerentur.
Pœnitentia publica Clericis non imponebatur, sed per publicam pœnitentiam aliquis ad Clericatum ineptus reddebat, idq; propter dignitatem ordinis, depositus tamen poterat subiici publicæ pœnitentiæ.

C A P. VIII.

De integritate Confessionis.

Confessionis sacramentalis integritas ex iure diuinio est, quatenus direcione ad necessitatem siue intentiam sacramenti non spectat, quasi sacramentum pœnitentiæ nunquam consistere possit, nisi integræ mortalium confessio fiat, sed potius spectat ad necessitatem præcepti diuinæ, cuius tamen voluntaria transgressio inde recte redundat in defectum sacramenti, ut nimis valide non suscipiatur. Probatur prius: Nam sacerdotes à Christo iudices constituti sunt in foro pœnitentiæ: Hoc autem Iudicium recte exercere non possunt neq; æquitatem in penitentia decernendis seruare, nisi peccata in specie arque sigillatim ipsis declarantur. Posterior probatur. Nam ad sacramentum pœnitentiæ per se requiri saltem attritio: Hæc autem consistere non posset cum peccato actuali videlicet sacrilegio mortali, quod confitens committitur, vnum vel plura peccata absque iusta causa seu per malitiam seu per crassam negligentiam retinendo.

Qui ob moralem impossibilitatem mortale peccatum in sacra confessione non explicauit, debet cœf-